

§. IIX.

Creavit vero Sapientissimus Plastes hominem, huncque perfecit Imagine divina, ut commercium Secum alere posset; Inscrispsit ulterius cordi ipsius sanctam J. N. regulam, quo ad commercium cum hominibus ineundum, suspendebatur abs voluntate divina, & hac quidem probe observata, revereri poterat aliquid supra se positum, conservare se in statu, in quo erat constitutus, & proximi commoda jugiter promovere. Accepit præterea, quod ad statum rationalem attinet, egregias animæ atque corporis dotes. Hos tres singulares status aut amplius prosequar, & quæ circa illos obvenerint, longius exhibeam, tempus haud permittit; satis dixero, si asseram, causam meam occupari circa Commercium cum hominibus. Probe quidem memini. quis & qualis pro! status, per peccatum diris modis nos detineat? & quod quoque aureæ literæ Juris Naturæ, mentibus nostris iniustæ! multa ex parte sint deletæ, ac quoad rudera tantum supersint; Hincque prona consequentia objici mihi possit, causam meam ex juris naturæ placitis nequaquam demonstrari posse; Ast eo mea quoque qualis qualis argumentorum dispositio non ascendit, sed dum Jus Naturæ complementum suum doctrinale in Sacro Codice deprehendat, & Thema meum, Comma quoddam ex Bibliis, fundamenti loco sternat; depromam quidem, quousque hæc satis adhuc pro modo suo referta theca id possidet: Dum vero in venero, ulteriorem apparatus in J. N. mihi non porrigi, certissimum refugium ad anchoram Sacram, Sacrum puta Codicem mihi indulgendum esse, non ambigo. Ex iis & utrisque Bono cum DEO! totam causam

fam